

potius Austro spirante: quoniam vt imber insitionibus in trunco prodest, ita his quæ sub cortice fiunt nocet. In trunco ad æquinoctium vsque Autumnus optimè fieri potest. In cortice vsq; ad Brumam, & post Fauonij flatum qui septima Februarij die spirare incipiunt) vsque ad solstitium. Sunt qui insitionem optimam in trunco prædicet post Canis ortum, rursusque æstate post extinctos Caniculæ feruores. Si furculi à longinquis tractibus deferantur, infixi luto, vase diligenter oblito, ne ventum sentiant optimè asportantur. Hactenus Florentinus in suis Georgicis. Sed in his omnibus distingue loca & tempora.

De insitione quæ fit per inoculationem, seu emplastrationem, ex Græcis Didymi Georgicis. CAPVT II.

Didymus inoculationem, quæ enophthalmismus dici solet, ante solstitium æstiuum opportunè fieri tradit, quamuis circiter vernum æquinoctium, cum germinatione turgent arbores, & gemmis grauidæ gestiant, die tranquillo, & silente coelo à se commodè auspicatam fuisse memorat. Verum, quæ inoculatur arbor, nodis & agnascanti sobole, comâque debet purgari, relictis vberioribus, nitidioribusque furculis qui huic insitioni destinantur. Fœcundæ arboris ex anniculo germine immaculatum & selectum oculum, seu gemmam, asciscere conuenit: & circum-raso acie scalpri diligenter cortice, eum caudici in alterius vestigiū imprimere. Purum autem corticem, erugatum, nec vlla sui parte cicatricosum

P

seca-

fecare exacte decet, ac lignum integrū & inuiolatū
 feruari: hoc enim per quā necessariū habetur. Fac-
 liciter cedit, si recepta hoc hospitio gēma, in alte-
 rius sedem incidat: nam ita dubio procul com-
 prehēdit. Citra quoque gemmam vel oculum in
 pullulatione, altera caudicis parte infitionē mo-
 liri nihil verat. Ceterum cortices crassitudine
 pares esse debent: & ubi coaluerunt, amputādum
 quod supra compagem prominet, ne eo loci fe-
 ratur alimentum, & à coalitu succus auocetur.
 Dum furculi tria mōstrabunt folia, vincula sunt
 resoluenda. Ego verō, inquit Didymus, sēpenu-
 mero non ipsum oculum ex anniculo germine
 acceptum, per seipsum inseni, sed relicto oculo
 in germine illaso, à tergo gemmæ corticem deli-
 braui: & lignum instar scriptorij calami scalpēs,
 cum ligno quod remansit, in vestigium vel lacu-
 nam impressi, generosioresque arbores mihi com-
 paraui. Porro, si sinistra ramorum partes inocu-
 lationem susceperint, suos partus cum scēnore
 liberaliter refundent. Hactenus Didymus in suis
 Georgicæ disciplinæ Institutionibus græcis, ex
 quibus hæc accepta & translata sunt. Sed in his
 semper tibi habenda erit ratio tui cœli, soli, &
 consuetudinis. Quod pro reliquis scriptū puta.

Particularia de Infitione ex Diophane Græ-
 co rerum agri interprete.

Cap. III.

FIcus moro & Platano rectè inferitur: Mo-
 rus castaneæ, fago, malo, pyro sylvestri, tere-
 bintho, vlmō & albæ populo: quo coniugio can-
 dida nascuntur mora. Pyrus inferitur punicæ ma-
 lo, cotoneæ, moro amygdalo & terebintho. Si py-
 ri sur-